Ravennas (Petrus) Foenix Dni Petri Ravēnatis Memoriae Magistri.

Venetiis Bernardinus de Choris de Cremona impressit. 1491.

Hain Repert. bibliogr. N. 13697.

Johannis Somerfelt sum

Fœnix Dñi Petri Rauẽnatis Memoriæ Magistri

Artisiciosa Memoria Clarissimi Iuris Vtriusq; Doctoris & militis domini Petri Rauēnatis Iura Canonica ordinarie de sero legentis in Celeberrimo Gymnasio Patauino in hoc libello continetur.

Et cum una sit Fœnix & unus sit iste libellus: libello si placet Fœnicis nomen imponatis.

Eleonora de Aragonia Ducissa Ferrariæ &c̄. Quod ab omnium bonorū datore Immortali deo generi humano concessum est: plærīq; in orbe terrarum a constitutione mundi usq; ad hanc ætatem excellentes uiri euasere. Quos inter nunc adest Spectatus miles auratus & Insignis utroq; Iure consultus dominus Petrus Tomasius rauennas harum litterarum nostrarum exhibitor: Qui præter alias corpis & animi dotes ita omni doctrinarum genere & tenacissima memoria refulget ut ne dum superiorem sed etiam in his parem minime habere uideatur. Quod quidē nuper latissime re ipsa comprobauit: ut non solum nos sed etiam omnis hæc ciuitas nostra testimonium perhibere potest. Qua ex re factū est ut eum singulari admiratione præcipuaq; charitate complexæ: Inter nostros præter alios familiarem & domesticum habere cōstituerimus. Quamobrem Serenissimos reges Illustres principes Excellētes respublicas & alios quoscunq; dominos patres fratres amicos beniuolosq; nostros precamur & oramus ex animo ut quotienscūq; ei contigerit ipsum dn̄m Petrū

tam optime meritũ cum ſuis famulis & equis uſq; ad
numerum octo cum ſuis bulgiis forceriis & capſis cũ
pannis & ueſtibus ſuis libris uaſis argẽteis & aliis qui-
buſcunq; rebus ſuis ac armis per eorum urbes oppida
uicos paſſus aquas & loca die nocteq; liberrime & expe
ditiſſime abſq; alicuius datii gabellæ & alius cuiuſlibet
oneris ſolutione amoris noſtri & potiſſimum tam ma
ximarum huius hominis uirtutum cauſa tranſire per-
mittant commendatiſſimumq; ipſum ſemper haben-
tes ei prouidere uelint de liberrimo expeditiſſimoq; trã
ſitu & idonea cohorte ut opus fuerit & ipſe requiſiue-
rit. Quod quidem nobis iocundiſſimum ſemper erit
atq; gratiſſimum paratiſſimis ad omnia eorum qui ſic
in eum ſe habuerint beneplacita. Mãdamus aũt omni
bus & ſingulis magiſtratibus quoruncunq; locorum
noſtrorum & potiſſimum cuſtodibus paſſuum reli-
quiſq; ſubditis noſtris ut prædicta omnia & ſingula in
terris & locis noſtris inuiolabiliter ſeruent ſeruariq; fa
ciant. Sub indignationis noſtræ incurſu & alia quauis
grauiori pœna pro arbitrio noſtro eis imponenda: ad
quorum robur & fidem has noſtras patentes litteras
fieri iuſſimus & regiſtrari & noſtri maioris ſigilli muni
mine roborari: Datas Ferrariæ in noſtro ducali palatio
anno natiuitatis dominicæ Milleſimo quatringenteſi-
mõ nonageſimoprimo Indictione nona Die decimo
menſis Octobris &c. Seuerius.

Bonifacius Marchio Mõtis ferrati &c. Decet ꝑmaxime

Principes eorum non silere cōmendationes qui fide ac deuotione non modo sibi deuinctos & affectos esse co gnoscunt sed quorum uirtus ac sciētia & mores ubiq̄ patent & illos sibi reddunt gratos & acceptos. Sane igi tur attendentes præclaras uirtutes scientiarum peritiā ac memoriam magnā prout nosipsi uidimus ac mirabi liter sumus experti spectabilis ac eximii Iuris utriusq̄ doctoris & militis cæsarei domini Petri de Tomasiis de Rauenna Paduæ Ius Canonicum publice legētis nec non illius erga nos immensam & cordialem deuotio- nem singularemq̄ affectionem merito inducimur illū corde diligere & inter charos nostros connumerare. Quamobrem uniuersis & singulis serenissimis domi nis regibus illustrissimis principibus patribus inclytis dominiis magnificis capitaneis excelsis communitati- bus strenuis conductoribus nobilibus & officialibus amicis & beniuolis nr̄is ad quos memoratus dn̄s Pe- trus declinauerit illum affectuose cōmendamus eosdē rogantes ut ipsum cum equis quinque & totidē perso nis suisq̄ bulgiis ualisiis uestibus libris pecuniis rebus & bonis per omnes ciuitates terras & uillas castra op- pida castella districtus & iurisdictiones & portus pōtes & passus eūdo & redeūdo per terrā & aquam die ac no cte semel & pluries absq̄ solutione alicuius datii peda- gii gabellæ bulletarum strapassus tolonei fundi nauis & alia quauis oneris exactione libere ac expedite dimit tāt ꝑtrāsire: sibiq̄ ꝓuideāt de guidis scortis saluis cōdu ctibus fidis societatibus & aliis fauoribus oportunis

quos requirendos duxerit benigneq̃ illum recolligant humane suscipiant & gratiose tractent nostri contem platione suarumq̃ præclarissimarum uirtutum intui- tu: nam quicquid humanæ recolligentiæ benigni tra- ctamẽti propitiiq̃ fauoris sibi collatum extiterit nobis ad singularem complacẽtiam ascribemus: in quorum fidem præsentes nostras fieri iussimus & registrari no striq̃ sigilli impressione muniri: Datas Pontis turiæ die xxiiii. Septembris. M. cccclxxxviii.

Antonius.

Priores & Vexillifer iustitiæ populi & communis ciuita tis Pistorii præstantissimo Iuris utriusq̃ doctori & cla- rissimo equiti domino Petro de Tomasiis rauẽnati no- bis dilectissimo salutem. Si recte omnia quæ mentibus humanis concipi ac probabili ratione discerni queant uel considerabimus uel perquiremus nihil profecto in ter caducas opes uarios hominum splendores alternã- temq̃ fortunam inuenietur post ipsum immortalem deum qui cuncta creauit ac regit uirtute admirabilius: ea quippe apud uiros bonos & ingenio claros tanti est ut non modo iudicetur ipsius diuinitatis particeps ue- rum & possidentibus eam sit stabilis & incorrupta hu manæ atq̃ cælestis uitæ possessio. cũ itaq̃ noster Pistori ensis populus diu singularem tuam scientiam admira- bilem memoriam ac morum ciuilium egregiam probi tatem accurate perspexerit motus primum excellentia uirtutũ: deinde amoris indicio quod erga nostrã rem

publicam & uerbis & operibus ostēdisti: ea demum co gitauit & proposuit quæ parem eius in te beniuolentiam declararent. Conuocato igitur pro more ac legibus ciuitatis consilio publico ipsius populi ac legitime celebrato die sexta mensis præsentis non sine summo ac fauorabili conuocatorum cōsensu decretum fuit tibi tuisq; descendentibus beneficium nostræ ciuilitatis cum plena facultate consequendi quæcunq; officia ciuitatis & cū exēptione immunitateq; per annos triginta proxime secuturos a quibuscūq; solutionibus quæ deinceps in eadem nostra ciuitate quouis modo imponerētur: itaq; in futurum sis noster ciuis Pistoriensis ac pro Pistoriense ciue ut præfertur habearis & reputeris tu uir præstantissime cui & honos & beniuolentia merito debentur & cuius desiderio satisfactū esse putamus hoc nostri amoris inditium suscipe grato ac iocūdo animo & memor sis nostram hāc rempublicam tibi ut cæteris nostris cōciuibus factam esse communem: Datū Pistorio in palatio solitæ nostræ residentiæ sub nostro cōsueto sigillo die. xii. Septēbris. M. cccclxxx.

Antonius Iuanus
Cancellarius &c.

Saluus sis frater optime uenietem sororium meum patauium non fuit æquum sine meis ad te litteris uacuū uenire: quibus & si nihil aliud habeo quod scribā hoc saltem habeo quod in initio epistolarum sæpissime apponitur si bene uales gaudeo ego bene ualeo uxor mea

& ego salui te una cum tua saluos esse iubemus. tu uero cum omniũ ætatis nostræ memoriosissimus sis memento uerbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Papiæ quinto idus Nouembres. M. cccclxxxviii.

Tui iuris Lancellotus Decius Iuris utriusq; doctor.

Paduæ Domino Petro memoriæ Magistro.

Quid modo pyramides. quid iam babylona canamus
Quid Iouis & triuiæ templa superba deæ
Non magis immensum mirabimur amphitheatrum
Nam summe facerent hoc quoq; semper opes
Scipio non ultra iactet quod fecerat usus
Agmina qui proprio nomine tota uocat
Petrum fama canat quam nobilis ille rauennæ est
Gloria: qui plusq̃ docta minerua potest
Quid magni fecere dei mirabile dictu
Nam retinet quicquid legerit ille semel
Effatur triplici quæcunq; orator in hora
Protinus hic iterum nil minus ore refert
Sic reor hunc genuit doctarum quinta sororum
Cui pia musa nihil non meminisse dedit.

Frater Egidius Viterbiẽsis heremita

Cremonæ

Ioannes antonius Plebanus eximio humani diuiniꝗ Iuris Doctori. d. Petro Rauēnati salutē.

Venimus externa sub celsa palatia luce
Curia conscriptos qua capit ampla patres
Teꝗ ibi carminibus primum censere cremonam
Sensimus. & laudes connumerare suas
Et sit quanta tuæ celeris facundia linguæ
Quā par ingenium uel quasi maius habes
Cedit enim ingenio tibi regulus imbribus oris
Iseus manans tullius eloquio
De memori uix mente licet contingere quicq̄
Mortalem quoniam præterit illa fidem
Nunc equidem de te rumor præcesserat ingens
Inuentus multo maior es ipse tamen
Eloquar hoc fiat si non iniuria cuiq̄
Aut deus aut toto es primus in orbe uirum
Salue igitur tenuesꝗ meos dignare libellos
Perlegere: accipiunt uerba clientis heri
Vtꝗ deus placida gaudet se uoce rogari
Dona dehinc gratis tradere supplicibus
Sic tu quæso neges mihi non præcepta præcanti
Quæ memor hoc ualeant efficere arte caput
Hæc si præstiteris quāuis tibi maxima fama est
Illa tamen crescet carmine & ore meo.

Brixiæ Clarissimo & excellentissimo cæsarei ponti
ficiiq; Iuris Doctori mirabili memoria prædito
equitiq; splendididissimo Petro Rauennati Mar-
cus Picardus salutem.

Simonides cedat mensq; alta themistoclis una
Inclytus arpigena cum cicerone solon
Cum doctor cum clarus eques splendorq; rauennæ
Mente ualens memori maxima quæq; canat.

Papiæ Hieronymi Buticellæ auditoris nostri car-
men ad uniuersitatem scholarium.

Alma decens studio studiosum spernere noli
Sic petrum ualet hic iuribus atq; pede
Huic prosa non deerit repetentur milia legum
Milia quot nunq̃ posse referre putes
Cannona si cupies cantabitur undiq; cannon
Nec poterit calamus scribere quæq; refert
Deq; aliis scriptis recitabit splendida cunctis
Tot quot uix poteris credere scripta fore
Adde q; illa suæ uirtutis munera fatur
Pectoribus nostris addere posse cito
Quod si nunc spernes lachrymaberis alma futurum
In tempus posthac forsq; lugenda tua est

Idem

Si sua mirantur memorantem secula cirum
Vt numen petrum secula nostra colant

Q m̄ ætate nr̄a paucos excellēti memoria præditos fuiſſe cognouimus ſtatui pulcherrimū opus Italiæ & toti or bi tradere: cuius præcepta ſiqs ſeruare uoluerit huius ar tis altiſſimū culmē paruo tp̄e mirabiliter attiget: nec fal lor o lector cariſſime dū enī præcepta mea per totā italiā expirer cūcti diuinū potius q̄ hūanū opus ſe uidiſſe affir mabāt: aliq etiā ſe cruce ſignabāt nec ī artificioſa memo ria præceptorē hūi: ſed deo mihi auxiliū præbēte regulas pulcherrimas maximis tn̄ laborib; īueni: hūc ego libellū doctiſſimis auditorib; legi meq; legēte præcepta huius ar tis ab ore meo pēdētes ſcripſere: & q doctrīa mea uſi ſūt & honorē & laudē ſūt cōſecuti hoc meū īuētū excellētiſ ſimi uiri laudauerūt quoꝝ noīa ī fine huius opis īſcribe re placuit ne ſolus uidear qđ ē meū laudauiſſe: qđ pfecto pulchrius iudicabit̄ ſi excellētiores habuerit laudatores mea igit̄ præcepta cariſſime lector āplectaris oīq; ſtudio & diligētia exerceas: ex ipſis enī nō ex aliis grana colliges & toto ope pfecto mihi crede maximā gl̄iam reportabis

Nō ſumus ſufficiētes cogitare aliqd ex nobis. ſcribit apl̄s ii. ad corinthyos. iii. Oē donū optimū deſurſū eſt deſcen dēs a pr̄e luminū Iacobi p̊. gl. in. l. nā & demoſthenes. ff. de legibus. Q uid enim habes qđ nō accepiſti. i. ad corī thyos. iiii. ſine me nihil poteſtis facere. Ioānis. xv. nolite gl̄iari neq; loq̄mini elata neq; ꝑcedat magniloquētia de ore ur̄o qa deus ſcīarū eſt dn̄s. primi Regū. ii. ītellectū ti bi dabo & īſtruā te ī hac uia q̄ gradieris ait deus oīpotēs in libro pſalmoꝝ p os ꝓphetæ & Bal. ī p̄ncipio libri feu/ doꝝ nō pōt aliqd hō boni uelle niſi iuuet̄ ab eo q nō pōt

malũ uelle: dixit Augustinus ad Bonifaciũ Papam gratia præuenit ut uelimus bonũ. Augustinus in enchari dion mouet ad quærendũ salutẽ libertas arbitrii mouẽ te prius deo. Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus sine gratia dei nullũ prorsus siue uolẽdo siue agẽdo faciunt hoĩes bonũ. Augustinus de correctione & gratia uelle etiã quod bonũ est nõ possum nisi tu uelis. Augustinus in soliloquiis: & scribit ingeniosus poeta in principio sui præclari opis dii ceptis nam uos mutastis & illas aspirate meis. & alibi: Adsis & cepto Iuppiter alte meo. & pulchre loquit̃ Cæsar in. l. in noĩe dñi. C. de officio præfecti prætorio africe in. l. deo nobis auxiliũ præbẽte. C. de episcopis & clericis: & in. l. deo auctore nr̃m gubernãte impium. C. de ueteri iure enucleando & textus est in cap̊ in noĩe dñi. xxiii. di. & in cap̊ in noĩe dñi de testibus & in cap̊ ueritatis de dolo & contumacia & in cap̊ nõ licet. xxvi. q. v. & in cap̊ in noĩe pr̃is. lxxiii. di. in autẽtico ut præponat̃ nomen Imperatoris in uer. mox inchoet̃ auctore deo in autentico de armis in principio in autentico de quæstore in cap̊ primo de baptismo glosa in rubrica institutionũ Bal. in rubrica. C. de iure iurãdo Ad oĩpotẽtis igit̃ dei prouidẽtiã aĩum meũ referẽs hoc utilissimũ opus ordinare disposui in quo amicis satisfecero si obscuritates uerboꝝ & sentẽtiarũ euitauero ut etiã ĩdocti utilitatẽ aliquã ex hoc libello assequi possint: in hoꝝ igit̃ præceptoꝝ traditiõe loq̃ nõ aũt dicere cogitaui: ut aũt res clarius habeat̃ cõclusiones in tota arte facillimas adducã: ut cũ legista sim legistas uidear imitari.

P RIMA erit Conclusio: Ars ista constat ex locis & imaginibus: loca sunt tanq̃ charta seu alia materia in qua scribimus: Imagines sunt similitudines rerũ quas memoriæ uolumus cõmendare. Chartam ergo primũ parabo in qua imagines collocare possimus. Et pro fundamento huius primæ conclusionis quatuor regulas pono. Prima est hæc: loca sunt fenestræ in parietibus positæ colũnæ anguli & quæ his similia sunt. Secũda sit regula: loca non debent esse nimium uicina aut nimium distãtia. uicinitas enim ut expertus sum in appositione rerũ memoriam naturalem conturbat: si autem nimium distarent loca cũ mora quæ locis tradita sunt recitamus mediocriter ergo distabunt si unus ab altero quinque uel sex pedibus distabit. Tertia sit regula uana ut mihi uidetur est opinio dicentium loca fieri non debere ubi sit hominum frequentia: ut in ecclesiis aut in plateis: nam ecclesiam quãdoq; uacuã uidisse sufficit non enim semper ibi hominum deambulatio uisa fuit & in hoc experientia quæ est rerũ magistra cõtrarium docuit. Quarta sit regula: loca nõ sint alta quia uolui q; homines pro imaginibus positi loca tangere possint quod utile semper iudicaui. Accipio ergo ecclesiam mihi multum notam cuius partes diligenter considero in ea terq; quater deambulans discedo domumq; redeo & ibi per me uisa mẽte reuoluo & hoc pacto principium locis do: In parte dextra portæ ex qua recto tramite ad altare maius itur mihi primum locũ cõstituo: deinde in pariete post

quinque aut sex pedes secundum & si ibi aliquid reale sit positum ut est columna fenestra aut his simile ibi locũ pono: si autem reale deficiat ad arbitrium meũ imaginarium fingo si tamen hoc loca fabricãs omittere uellet timens ne rei appositæ obliuiscatur cõcedatur dummodo sit memor ibi locum constituisse & sic de loco in locum procedatur donec ad eandem portam loca fabricans reuertatur & ista fiant in parietibus primis ecclesiæ omissis omnibus quæ in medio ipsius sunt: & siqs locorum copiam habere cupiat hoc ordine monasteriũ intret & illud totum locis impleat aut in parietibus extra ecclesiam sibi loca cõparet: & qui multa uoluerit meminisse multa sibi loca comparare debet: Ego autẽ quia omnes homines Italiæ copia rerum absq; chartarum reuolutione superare uolui in sacris scripturis iure canonico ciuiliq; & aliis multarum rerum auctoritatibus dũ essem adolescens mihi centummilia locorum paraui & nunc ipsis decemmilia addidi in quibus per me dicẽda posui ut inpromptu sint quando memoriæ uires experiri cupio & cum patriã relinquo ut peregrinus urbes Italiæ uideam dicere possum omnia mea mecum porto nec cesso tamẽ loca fabricare: hoc suadeo ut in aliqua ecclesia & monasterio habeantur loca solum pro reponẽdis rebus quas quotidie conuenit recitare: ut sunt argumenta rationes historiæ fabulæ & prædicationes quæ in quadragesima fiunt & hoc officium illis locis tãtum deputetur & unum quod utile iudicabitur pro istis locis in fine scribere disposui. uolo equidẽ iuuenes huius

artis cupidos perfectissime docere: loca autem sic consti tuta ter aut quater in mense memoria repetantur. repe titio enim locorum nullo precio emi potest. SECVN da erit Conclusio ut charta habita modum scribendi in ipsa doceam in magna nobiliũ corona dum essem ado- lescens mihi semel fuit propositum ut aliqua nomina hominum per unum ex astantibus dicenda recitarem: non negaui: dicta ergo sunt nomina in primo loco po- sui amicum illud nomen habentem in secundo simili- ter & sic quot dicta fuerunt tot collocaui & collocata re citaui: & aduertat collocans ut semper amicũ ponat agẽ tem illud quod cõmuniter ab eo fieri solet: & ista con- clusio clare procedit in nominibus cognitis: si autẽ non cognoscitur amicus illud nomen habens ueluti Boz- drab Zorobobel tunc collocabis quod loco suo dice- tur: & idem dico in nominibus animaliũ ut est equus bos asinus ut in primo loco ponatur equus in secun- do bos in tertio asinus & idem in rebus anima caren- tibus ut est liber cappa uestis: sed aduerte ne decipia ris si in primo loco poneretur liber in secundo cap- pa sic simpliciter posses dum recitares deficere: exci- tare enim memoriam naturalem est artis huius offi- cium: sed hæ res commouere non possunt quia ge- stus imaginis positæ excitat qui in talibus naturaliter non reperitur: imago igitur in loco talis poni debet quæ se moueat si non potest ab alio moueatur rem talem in manu alicuius motoris ponas ut ex motu

illo memoria naturalis commoueatur:sed acutissimi in genii iuuenis dicet ꝙ hæc præcepta non sunt omni ex parte perfecta formica in loco posita se mouet nõ tamẽ propter sui paruitatem commouebit granum piperis in manu motoris positum etiam non excitabit: fateor hoc si formica sola collocetur sed multitudinem formi carum ascendentium & descendentium arborem in lo co ponam. Quod ergo formica sola facere non potest faciet multitudo & amicus etiam in loco multa grana mouebit. Instabit etiam ingeniosus iuuenis: pulex sal= tat nec commouet multitudo autem bene collocari nõ potest sed pro pulice amicum pulicem capientem collo cabo: & ego sepissime pro pulice excellentissimũ omniũ ætatis nostræ medicum Magistrum Gherardum Ve= ronensem posui quem semel capientem pulicẽ aspexi.

TERTIA est aurea Conclusio quia pro litteris al- phabeti homines habeo & sic imagines uiuas: pro litte ra enim. a. Antonium habeo pro littera. b. Benedictum & sic personas in quarum nominibus prima littera est illa quam collocare uolo: & ego communiter pro litte= ris formosissimas puellas pono: illæ enim multum me- moriam meam excitant & frequentissime in locis Iuni peram Pistoriẽsem mihi charissimam dum essem iuue nis collocaui & mihi crede si pro imaginibus pulcherri mas puellas posuero facilius & pulchrius recito quæ lo cis mandaui secretum ergo habe utilissimum in artifi- ciosa memoria quod diu tacui ex pudore. si cito memi= nisse cupis uirgines pulcherrimas colloca: memoria enĩ

collocatione puellarũ mirabiliter cõmouetur & qui ui-
dit testimonium perhibuit: hoc aũt utile præceptũ pro
desse non poterit illis qui mulieres odiũt & contẽnunt
sed isti artis huius fructum difficilius consequẽtur ue-
niam tamen mihi dabunt uiri religiosissimi & castissimi
præceptum enim quod in hac arte mihi honorẽ & lau-
dem attulit tacere non debui cum successores excellen-
tissimos relinquere totis uiribus nitar. QVARTA
est Cõclusio ut imagines alphabeti seu noĩa demonstrã
tia litteras bene memoria teneãtur & sæpe repetantũ: In
cipio ergo sic si mihi contingat in loco ponere istam co-
pulam et in loco pono Eusebium & Thomam: hoc ta
mẽ ordine quia Eusebius locum tãgit & Thomas astat
coram eo: si autem Thomas locũ Eusebii tenuerit & eu
sebius thomæ non copulam et: sed hoc pronomẽ te in
loco uidebimus appositum: est enim in arte hac hæc re
gula ut prius in ordine loco sit propinquius sicut enim
in charta primum. e. scribimus in ista copula et ita et in
loco et idem obseruandum est generaliter in oĩbus di-
ctionib9 & aliis collocãdis. QVINTA est Cõclusio in
syllabis trium litterarum in quibus sic procedit. si enim
uocalis est in medio ut in hac syllaba Bar: tunc imaginẽ
ultimæ litteræ accipio & rem aliquam addo cuius princi
pium duabus præcedẽtibus litteris simile sit. si ergo in
loco raimũdum cum baculo locum percutiẽtem posue
ro legetur in loco syllaba bar: & si Simon locum percus
serit habebitur syllaba bas. ista ergo sit regula quæ sic re
petitur ubi uocalis est in medio in syllaba triũ litterarũ

accipitur imago ultimæ litteræ re aliqua apposita mobili aut se mouēte cuius principiū simile sit duabus litteris præcedētibus: si autem uocalis sit in fine ut in syllaba bra: tūc imaginem primæ litteræ in loco colloco & rē mobilem seu se mouētem cuius principiū sit simile duabus sequētibus: si ergo Benedictū cum rapis uel ranis in loco posuero dabit syllabā bra: si autē Thomam syllabam tra: copia ergo rerum incipiētium ut syllabæ si in promptu habeatur magnam afferet utilitatem: sed si uocalis est in principio syllabam faciēs ut in hoc uerbo amo tūc semper imago primæ litteræ collocāda est in loco & res principium habēs simile sequēti syllabæ: si ergo Antonius uoluat molam hoc uerbū amo positū legemus: si Eusebius uerbū emo: est tamē sciēdum ꝙ nō possumus cōmode dictionē trium aut quatuor syllabarum collocare: sed nec opus est quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: sufficit enim primā & secūdam syllabam posuisse dictionē tamen duarum syllabarum possumus totam collocare ueluti pater ponā in loco rem uel hominē pro imagine syllabæ pa: ut Paulum & pro syllaba ter: cum uocalis sit in medio Raimūdum accipiam telam in manu hebētem: concludo ergo sic pulchre imagines alphabeti simul iūctæ & copia rerū incipiētium ut syllabæ semper nobis seruiēt si aliæ imagines defuerint: si enim alias habere possum istas omitto de quibus in aliis cōclusionibus dicet. SEXTA est cōclusio in istis dictionibus panis uinū lignum uestis & similibus & in noibus dignitatū: ut est Papa Impator

abbas canonicus: quæ oĩa etiam rustici intelligunt quid demonstrẽt: uel ut clarius loquar uniformes sunt in lingua uernacula & latina in talibus dictionibus alias imagines non quæro sed pono illud quod dictio ipsa sonat & syllabæ omnes taliũ dictionũ possunt pulchro inuento facile collocari: in corpore nãq3 humano casuũ imagines inueni: nam caput est casus noĩatiuus manus dextra genitiuus manus sinistra datiuus: pes dexter accusatiuus pes sinister uocatiuus & uenter seu pectus casus ablatiuus: & pro numero singulari pono aut pulchrã puellam nudã & pro numero plurali ipsam egregie ornatam aut illum quem meminisse uolo: aut ergo uolo collocare rem aut hominẽ: si rem ut panem puellam nudam in loco sibi pedem dextrum cum pane tangentem collocabo: si autem dictionem collocare uolo hominem in aliquo officio uel dignitate cõstitutum demõstrantẽ ut abbatem: abbatẽ unum in loco nudũ qui cum pede dextro locũ percutiat pono: & si diligẽter o lector dulcissime cõsiderabis hoc inuẽtũ tibi pulchrũ uidebit: & sic has dictiões totas soleo collocare. SEPTIMA est Cõclusio quia possumus etiã collocare dictiones sono uocis gestu corporis & similitudine & istis imaginibus frequẽtissime utor: pono enim amicũ pro dictione: doctorẽ unũ cognoui qui semp in ore habebat legẽ per hanc C. de tpibus appellationũ: illam enim tãtum legem legũ dolor memoriter dicebat: uolens ergo illam legẽ collocare illum dolorem pono qui semper risum excutit & sic sono uocis collocationem facio: gestu corporis ponunt

imagines quãdo fit gestus in dictione cõprehẽsus pro uerbo enim spolio amicũ pono qui aliũ spoliet: pro uerbo rapio amicũ per uim aliqd rapiẽtẽ: similitudine collo co imagines quãdo rem dictioni similẽ in litteris licet in significatione dissimilẽ inuenio: ut quãdo pro uerbo ca no canem colloco. OCTAVA est Cõclusio pro dñis iure cõsultis & de uoluminib9 iuris ciuilis dicere incipiam & quãdo illa locis tradere uolo colores quibus tegũtur accipio: pro. ff. ueteri pellem albam: pro. ff. nouo pellem rubeam: pro inforciato pellem nigram: pro Codice pellem uiridem: pro uolumine uarii coloris pellem: pro Institutionibus librum paruum: & pro autentico tabellionem instrumẽtum magnũ habẽtem colloco: pro autẽtica puellam priuilegium habẽtem: pro libro feudorum comitem alicuius castri: pro decreto autem cũ in eo sint sanctorum patrum auctoritates senem aliquẽ in loco scribentem pono: pro decretalibus Papam in throno sedẽtẽ colloco: pro clemẽtinis puellã cui nomẽ est Clemens pro sexto libro instrumẽtum illud ita in Italia dictũ de quo scribit Ouidius: Altera pars staret pars altera duceret orbem: pro cõmentatoribus iuris eos qui idẽ nomẽ habẽt: imaginem autẽ glosæ accipio ex doctrina per me primo loco data in collocatione dictionũ: pro. ff. iuniperam habeo Florentino cytharã dãtem ut orlandi gesta cãtare possit. Allegationes autem decreti sic collocãtur: nam pro allegatione quæ fit per distinctiones ponit͛ puella quæ pãnum uel chartam laceret: pro quæstione autẽ colloco iuniperã percutiẽtẽ famulã: pro cõsecratione

est sacerdos hostiã cõsecrãs : pro pœnitẽtia est Iunipera quæ mihi sua peccata leuia cõfitetur. NONA est Cõclusio ut ostẽdam quomodo rubricas utriusq; Iuris locis tradere debeamus & duas imagines cõmuniter pro illis ponere soleo: si enim meminisse uoluero Rubricã de trãsactionibus Thomam ranas habẽtem colloco uel gestũ corporis pono duos enim qui diu litigarunt a lite recessisse fingo & alterum alteri signum pacis præbere hæc est pulcherrima imago rubricæ de trãsactionibus. Principia autem legum uel capitulo℞ in locis ponũtur alphabeto uel sono uocis uel similitudine uel gestu corporis de qbus iam plene dictũ est. DECIMA est Conclusio in argumẽtis collocãdis pro quibus imagines duas ponere soleo: prima est gestus corporis: ut si dicat̃ sic testamentũ sine septẽ testibus factũ nõ ualet: testatorẽ coram duobus testibus testamentũ fecisse fingo & uirginem unam illud lacerare. secũda est imago quia duas aut tres dictiones argumenti principaliores colloco: exẽplum habe tu iuriscõsulte & me intelligent philosophi quãdo in actu reqritur iussus alicuius ille debet præcedere: hic sunt multa uerba sed sufficit iussum & præcedere collocare & reliquas argumenti partes memoriter dicere poterimus: ex collocatione ergo duarũ aut trium dictionum cætera elegãter recitabimus: & hoc experto crede magistro. VNDECIMA est Conclusio cum quæreret quidã: Vtrum in eodẽ loco plura collocare deberet? respondi si in locis ponere uolo quæ ab alio mihi proponuntur ut illa proposita statim recitare debeam

magines unius rei tantum in loco colloco: sed si quæ in libris lego in locis ponere dispono ut illa memoriter pronunciare possim tunc imagines plurium rerum in loco uno sepissime ponere non dubitaui. DVODECIMA erit pulcherrima Conclusio: ut aperiam quo pacto numerorum imagines fieri debeant & pro omnibus numeris quos possumus excogitare uiginti tantum imagines inueni: illas ergo specialiter describam: pro numero decem est mihi crux magna aurea uel argentea: pro uiginti similitudo litteræ.r.ferrea uel lignea rei alicui rotundæ coniuncta quia numerum uiginti hoc modo in charta scribimus zo: pro triginta similitudo illius figuræ eodem modo rei rotundæ coniuncta: & sic usq; ad numerum centum imagines habeo quæ decem sunt: nouem etiam imagines numerorum habeo incipiendo ab uno usq; ad numerum nouem quas in digitis manuū hominis fabricaui. Est igitur digitus primus manus dextræ mihi pro primo numero seu pro uno: secundus pro secundo seu pro duobus: & sic usq; ad quartum digitum manus sinistræ procedo: ut autem facilius ista memoria teneantur primum digitum manus dextræ dico esse ghelforum: secundum ghebilinorum: tertium iudæorum: quartum anulorum: quintum aurium: & sic de digitis manus sinistræ sit dictum. Primum ghelforum appello quia ghelfi illum in magno precio habere dicuntur: ghebilini secundum: tertium iudæorum appello: quia si digitum illum iudeis ostendimus toruo uisu

unt : qui autem causam scire cupiet quærat & inueni-
et : cur autem quartum & quintum sic nominem no-
tissimum est : pro numero autem mille michaelem ha
beo . si ergo mihi numerus aliquis proponatur imagi-
nem eius facilime inueniam : aliqua exempla ponam
quibus positis lector etiam rudis ingenii conclusionem
istam optime intelliget : si.xi.q.iii.dicere uoluero in lo-
co ghelsum singam crucem in manu dextra tenentem
& iudæũ qui totis uiribus per uim illã manu dextra ra-
pere tentet:si.ii.ad corinthyos.iiii.ponere uoluero in lo
co ghebilinũ singam qui in manu dextra cortinam te-
neat quam pulchræ puellæ ostendat illãq; in manu dex
tra recipiat:puellam enim desponsatam pro quarto digi
to & sic pro quarto & nono numero colloco:si de pœni
tentiis distinctione quarta meminisse uoluero sacer-
dotem senem non iuuenem cui peccata confiteatur Iu-
nipera collocabo & ipsa mirabile faciet : sacerdotem
namq; absoluet capiti suo manum dexteram impo-
nens : & sic ne in infinitum sit processus sit finis hu-
ic pulcherrimæ artificiosæ memoriæ : in cuius præce-
ptis omnia si non explicite saltem implicite compre-
henduntur . Vnum tamen non omittam quod hoc in
loco scribere promisi utile in locis esse iudico quæ pro
rebus auditis reponendis fabricauimus : si in quinto
loco manus aurea ponat̃ in decimo crux aurea in quin
todecimo manus argentea in uigesimo imago ipsius
numeri & sic in cæteris facere monet mea doctrina .
Excellentissimos in artificiosa memoria habui auditores

o lector dulcissime meaq; doctrinam miris laudibus extulerunt quorũ aliquos hic legere tibi ut puto placebit Fuere mei discipuli Magister Antonius Trombeta ordinis minorũ theologus celeberrimus Magister Petrus Rochabonella Magister Ioãnes de Aq̃la Magister Nicoletus Teatinus Magister Hieronymus Veronensis Magister Hieronymus de Polchastris artiũ & medicinæ doctores cõsumatissimi & Paduæ legẽtes. Spectabiles Seuerius & Nicolaus illustrissimi Ducis Ferrariæ secretarii Dñs Ioãnes Maria Riminaldus dñs Dñicus de Massa dñs Antonius de Liutis dñs Ioãnes Franciscus de Canali & dñs Leonellus de Bruturis Iuris cõsulti cõsumatissimi & Ferrariæ legentes. Tacebo nobiles Venetos qui me audito multa memoriter pronũciare didicerunt Dñicum tñ Georgiũ uirũ illustrẽ silẽtio inuoluere nequeo qui doctrina mea ut ipse affirmabat ĩmortalem sibi gloriã cõparauit. Bononiæ Papiæ Ferrariæq; legi & qui me audierũt multa memoriter scire incœpunt & quãuis mea artificiosa memoria aliorũ auctoritatibus sit cõprobata peccare tamẽ non puto si acta mea in hoc libello legẽtur quæ ipsam mirabiliter approbabũt. Dũ essem iuris auditor nec uigesimum uidissem annum in uniuersitate Patauina dixi me totũ Codicẽ Iuris ciuilis posse recitare: petii nãq; ut mihi leges aliquæ ad arbitriũ astantiũ proponerẽtur: quibus propositis sũmaria Bartoli dicebã aliqua uerba textus recitabam casum adducebã tacta per doctores examinabã lexq; ista tot habet glosas dicebã & sup̄ qb; uerbis erant positæ recordabar

cõtraria allegabã & soluebã: uisum est astãtibus uidisse miraculũ: Alexãder Imolensis diu obstupuit nec fabulã narro ego palã locutus sũ in uniuersitate Paduæ & q̃a in ore duorꝝ uel triũ stat oẽ uerbũ testes huius rei tres habeo: Magnificũ dñm Ioãnẽ Frãciscũ Pasqualicũ sena torẽ Venetũ & Iuris utriusq; doctorẽ excellẽtissimum apud Illustrissimũ Mediolani ducẽ nũc legatũ: & clarissi mũ doctorẽ dñm Sigismũdũ de Capitibus listæ ciuem nobilẽ Patauinũ: cuius pr̃ Frãciscus fuit acutissimi inge nii Iurisconsultus Spectabilẽ dñm Monaldinũ de Mo naldinis Venetiis cõmorãtẽ: in quo uirtus domiciliũ su um collocauit. Lectiões etiã Alexãdri Imolẽsis Paduæ legẽtis copiosissimas memoria tenebã & illas ex uerbo ad uerbũ in scriptis redigebã illas etiã postq̃ finierat astã te magna auditorꝝ copia a calce ĩcipiẽs recitabã ex suisq; lectionibus dũ in scholis audirẽ carmina faciebã & oẽs earũ partes in carminibꝫ positas statim replicabã: & qui hoc uiderũt obstupuere: huius rei testes habeo clarissi mũ eq̃tẽ & doctorẽ dñm Ioãnẽ Frãciscũ de Miliis Brixi ensem: spectabilẽ doctorẽ dñm Sigismũdũ de Capitibꝫ listæ: & filiũ Alexãdri Imolẽsis qui nũc est Iuriscõsultus celeberrimus. Cẽtũ & q̃tragitaq̃nque auctoritates reli giosissimi fr̃is Michaelis de Mediolano Paduæ prædicã tis ĩmortalitatẽ aĩæ ꝓbãtes corã eo memoriter & ꝓmpte ꝓnũciaui qui me amplexus est dicẽs uiue diu gẽma sin gularis o utinã te religioni dicatũ uiderẽ: testis est tota ciuitas Patauina sed magnificũ dñm Ioãnẽ Frãciscum Pasq̃licũ & dñm Sigismũdũ de Capitibus listæ & dñm Monaldinũ de Monaldinis testes hẽo. Petii ego doctor

creatus in uniuersitate Patauina ut mihi in cathedra se dēti aliqs de uniuersitate auditor unū ex trib9 uoluminibus digestoꝝ qđ eligeret præsētaret locūq; in quo legere deberē designaret: dixi enim sup re ꝓposita innumerabiles leges allegabo testes sunt Clarissimus Iuris utriusq; doctor dñs Gaspar Orsatus Paduæ Iura Canonica legēs: & doctissimus dñs Prosper Cremonensis Paduæ cōmorās. Oēs prædicatiōes q̄s in una q̄dragesima magister Antonius heremita Paduæ ꝓnūciauerat eo ordine quo ipse dixerat memoriter ꝓnūciaui & in scriptis sibi dedi: quo uiso dixit q̄ amplius Paduæ nō prædicaret: & huius rei si uiuit testis est ipse oīm exceptione maior.

Prædicationes etiā dōni Mathei Veronēnsis canonici regularis & uiri eloquētissimi quas in tota quadragesima fecerat sibi in scriptis dedi q̄a memoriter tenebam & in chartis reponebā: testis est ipse & dōnus Deodatus Vicētinus canonicus regularis. Dū Pistorii legerē a dñis Florētinis cōductus sermonē uerbi dei fratris Blasii de Plōbino heremitæ recitaui: testes sunt Paulus magistri Michaelis & Domicius Cācellarius Pistoriēses ciues: & tota ciuitas illa de mea artificiosa memoria testificari poterit quæ me immunitatibus & priuilegiis decorauit.

Dñicus Georgius uir illustris Paduæ præfectus & in artificiosa memoria discipulus dum lr̄as Ducales semel legeret earū uerba collocaui & statim recitaui: testis est dñs Anibal de Magiis de Bassiano nobilis ciuis Patauinus: cuius pater Nicolaus fuit excellētissimus Iuriscōsultus

Semel in schachis ludebā & alius taxillos iaciebat aliusq; oēs iactus scribebat & ex themate mihi ꝓposito duas

epistolas dictabam:postq̄ finem ludo imposuimus oēs iactus schachorum & taxillorum & epistolarum uerba ab ultimis incipiēs repetii:hæc quatuor per me eodem tempore collocata fuerūt:testes sunt dominus Petrus de Montagnano & Franciscus Neuolinus nobiles Patauini ciues. Dum essem Placentiæ monasteriū monachorum nigrorum intraui ut illud uiderem in dormitorioq; eius comitante monacho quodam bis deambulans monachorum nomina quæ in ostiis cellarum erant collocaui: deinde cōgregatis eis nomine proprio quemlibet salutaui:licet quem nominabam digito demonstrare non potuissem: mirabantur monachi quo pacto ego peregrinus nomina eorum memoriter proferrem ipsis mirari non desinentibus: dixi tandem hoc potuit mea artificiosa memoria: quorum unus dixit ergo hoc Petrus Rauennas facere potuit & non alius.

In Capitulo generali canonicorum regularium Paduæ prædicationem domni Deodati Vincentini eo ordine quo ipsam pronunciauerat recitaui astante ipsius prædicationis auctore. Semel me traxit ad sui contemplationem Cassandra fidelis Veneta uirgo excellentissima quæ dū legeret litteras serenissimæ coniugis regis Ferdinandi ad se missas illas collocaui & recitaui: testis est illa Doctissima Virgo: dominus Paulus Raimusius Doctor excellens Ariminensis: & Angelus Salernitanus uir clarus.

Scribebat qdā Illustrissimæ Ducissæ Eleonoræ ꝑuilegiū alius legebat præsens erā illudq; ex uerbo ad uerbū locis tradidi & ab ultima dictione incipiēs totum recitaui:

mirabant̃ astãtes: huius rei testis est dñs Ioães de Bru
turiis clarissimus Ferrariæ ciuis: qui etiã multa de hac
artificiosa memoria narrare poterit.
Quid aũt de actis meis referre possit nepos maximi põ-
tificis Pauli Reuerẽdus Paduæ Canõicus & decretoꝝ
doctor ĩsignis dñs Augustinus barbus omitto cũ cõpa
ter sit charissimus. Sed q̃d plura testis est Brixia: Papia:
& Cremona: quid potuerit mea artificiosa memoria de
clarãt hoc carmina quæ in ꝑncipio huius libelli legunt̃.
Testis est Illustrissimus marchio Bõifacius & eius pul
cherrima uxor quæ me egregio munere donauit: testis
est nouissime Bononia: testis est Illustrissimus Hercu-
les Dux & Illustrissima uxor Eleonora: Testis est tota
Ferraria: duas enĩ prædicationes celeberrimi uerbi dei
præconis magr̃i Mariani heremitæ recitaui: quo audi-
to obstupuit dictus Magister & dixit: Illustrissima Du
cissa hoc est diuinũ & miraculosum opus: testis est Vni
uersitas Patauina: oẽs enim lectiones meas Iuris cano-
nici sine libro quotidie lego: ac si librũ ante oculos habe
rem: textũ & glosas memoriter pronũcio ut nec etiã mi
nimã syllabã omittere uidear. In locis aũt meis quæ col
locauerim hic scribere statui & quæ locis tradidi perpe-
tuo teneo: in decẽ & nouẽ litteris alphabeti uigĩtamilia
allegationũ Iuris utriusq; posui & eodẽ ordine sacrorũ
librorum septem milia: mille Ouidii carmina quæ ab eo
sapiẽter dicta cõtinent: ducẽtas Ciceronis auctoritates:
trecẽta philosophoꝝ dicta: magnã Valerii Maximi par-
tem: naturas fere oĩum aĩaliũ bipedũ & quadrupedum
q̃rũ auctoritatũ singula uerba collocaui: & q̃ñ uires arti

ficiosæ memoriæ expiri cupio peto ut mihi una ex lr̃is illis alphabeti ꝓponat̃:sup qua ꝓposita allegationes ꝓfe ro:& ut clare ĩtelligar exẽplũ habe:ꝓposita est mihi nũc lr̃a.a.in magno doctoꝝ uiroꝝ cõuẽtu & stati a iure ꝑn-cipiũ faciẽs mille allegatiões & plures ꝓferã de alimẽtis de alienatione de absẽtia de arbitris de appellationib; & de filib; quæ in iure nr̃o habent̃ Incipiẽtib; a dicta lr̃a.a. deinde in sacra scriptura de Antichristo de adulatiõe & multas allegationes sacræ scripturæ ab illa lr̃a incipiẽtes ꝓnũciabo carmĩa Ouidii auctoritates Ciceronis & Va lerii:nõ omittã de Asino de Aqla de Agno de Accipitre de Apro de Ariete auctoritates allegabo & quæcũq; di-xero ab ultimis incipiẽs uelociter repetã & hanc memo riæ demõstrationẽ pulcherrimã eẽ puto cui me obliga ui semꝑ & ad semꝑ interroget̃ reuerẽdissimus nũc uicẽ gerẽs Bononiæ cũ cõsumatissimo Iuriscõsulto dñ̃o Ioã ne de Sala qd suꝑ lr̃a.m.mihi ꝓposita allegauerim:inter roget̃ uniuersitas Bononiæ qd suꝑ lr̃a.p.de dei potẽtia & potestate Papæ ꝓnũciauerim:& hunc legẽdi modũ a rerum multitudine chaos appello qñ deo optimo maxi moq; placuerit hoc tãtũ opus Italiæ ac toti orbi tradam. Hæc etiã in Iure canonico tãtũ locis tradidi tria milia al-legationũ decreti : duo milia decretalium : totũ sextũ & eius mille glosas:Clemẽtinas & earũ mille glosas:& qñ de glosis decretaliũ Sexti & Clementinarũ uerbũ facio dictiones in qbus sunt positæ ꝓfero Mille etiã singula-riter dicta in Iure ciuili memoriæ tradidi nec fabula nar rat:in hiis enim quotidie piculũ facio oĩa mea mecũ por tare uolui maiora tñ̃ cupe ab hiis disco : naturalia enim

desideria insaciabilia sunt ut ait Seneca ad Lucillũ: Non omitto etiã Illustrẽ Principẽ Marchũ de Piis qui me audiẽs obstupuit: & ex hoc me absentem sepissime noĩat. Dñs Bartholomeus Pigafetus Vincẽtinus uir quidem sapientissimus dicere audet dñm Thomã Reatinũ qui oĩum ætatis suæ memoriosissimus fuit noui & sibi magna amicitia cõiunctus fui: sed te superiorẽ esse iudico.

Hic liber est qui nũc præbebit lumina cæcis
Præceptis poterunt dicere multa meis
Innumerosq́ dabunt uobis hæc secula ciros
Excidet & tanti gloria magna uiri
Te tamen ut Petri dantis præcepta precamur
Sis memor & dicas petre magister eras.

Die.iii.Ianuarii.M.ccccxci.

Adiens præsentiam Serenissimi Principis & Illustrissimi Dominii. Egregius Iure Consultus. Dominus Petrus de Rauenna. nuncupatus A Memoria. Legẽs Ius Canonicum in Gymnasio Patauino Reuerẽter exposuit se toto tempore eius uitæ multis uigiliis & laboribus insudauisse. ut artem Memoriæ adipisceretur. quemadmodum Deo optimo maximo opitulante adeptus est. Composuisseq́ in arte ipsa quoddam opusculum nuncupatum Fœnix: quod cum decreuerit impresentiarũ

ad uniuersalem cōmoditatem, & beneficium edere humiliter supplicauit, detur modus, ne alieni colligant fructus laborum, & uigiliarū suarum: Cui quidem æque, ac conuenienti petitioni annuentes Infrascripti Domini Consiliarii: Sic consulente Collegio terminantes decreuerunt, decernuntq;, & iubent, q; nemo audeat in hac urbe Venetiarum, & in tota ditione Illustrissimi Dominii nostri Imprimere, seu impressa uendere uolumina dicti operis, nuncupati Fœnix, sub pœna amittēdi illa, & insuper libras uigintiquinque pro quolibet uolumine: Et huic met pœnæ subiaceant illi, qui huiusce modi libros alibi impressos uendere præsumerent in ditione prædicti Illustrissimi Dominii: Excepto duntaxat illo Impressore, quem præfatus doctor prælegerit.

Serenissimus Princeps, In Collegio.

Dominicus Maurocenus Consiliarius
Nicolaus Leono Consiliarius
Thomas Mocenigo Consiliarius
Marcus Fusculo Consiliarius
Nicolaus Triuisanus Consiliarius
Leonardus Lauredanus Consiliarius

Georgius Nigro Secretarius Ducalis.

C. Lycinii decatonstichon ad Candidum lectorem.

Si memorem tentas fieri te Candide lector
Atq; inter celebres nomen habere uiros:
Perlege quod priscæ specimen prægrande rauennæ
Edidit: & cælo laudibus usq; loca.
Et potes & debes merito censere magistrum
Artificis genii iudiciiq; simul:
Eia igitur cuncti numen ueneremur in æuum
Et meritas laudes quisq; poeta canat.
Græcia non similem uidit nec somula tellus,
Necnon posteritas est habitura, uale.

Bernardinus de Choris de Cremona Impressor delectus Impressit Venetias Die. x. Ianuarii. M.cccxci.

